UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Argumentum epistole. x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

deamur quicquã nobis p ambitõem arrogare magis quã officio coacti petere. Captat ergo beniuolentiã a pſona ſua. q̃ niſi officio ſa neceſſitate cogať ſibi moleſtus nõ ſit futurus Oſtendit petitionem honeſtã q̃ ꝛ amicũ ꝛ ſtudioſum hoiem ↄmendat. Oſtẽdit vtilem qñ a docto doctus doctrine fructũ capere poſſit.

Septimius causa commendat nona neroni

Ad Claudium Neronem

Septimius claudi nimirum intelligit vnus
Quanti me facias: nam me rogat ꝛ prece cogit
Scilicet vt tibi ſe laudare ꝛ tradere coner
Dignum mente: domoq; legentis honeſta Neronis
Munere cum fungi propioris cenſet amici
Quid poſſim videt: ac nouit me valdius ipſo
Multa quidem dixi cur excuſatus abirem
Sed timui mea ne finxiſſe minora putarer
Diſſimulator opis proprie: mihi commodus vni
Sic ego maioris fugiens opprobria culpe
Frontis ad vrbane deſcendi premia: quod ſi
Depoſitum laudas ob amici iuſſa pudorem
Scribe tui gregis hunc ꝛ fortem crede bonumq;.

Argumentum epiſtole .x.

Oſtendit poſſe q̃dem hoies in pbitate vite. ꝛ in omni ꝟtute ↄuenire. ꝛ tñ in ipſa vita vario viuẽdi gñe delectari Componitq; vrbanã ſimul ꝛ ruſticanã vitã ſed pponit ruſticanã vitã qm̃ maioris ocij ſit ad tranquille viuendum ꝛ minora ꝛ minꝰ multa inſtrumenta exigat

In decima que ruris tibi laudat arist

Ad Fuſcum ariſtium

Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus
Ruris amatores: hac in re ſcilicet vna
Multum diſſimiles ad cetera poene gemelli
Fraternis animis: quicquid negat alter ꝛ alter
Annuimus pariter vetuli notiq; columbi